

VII.

Ein Brief aus dem Kloster Oybin,
in welchem der Prior Vincenz dem Probst Teitelbach zu
Meissen den Tod zweier Cölestiner meldet,
1493.

Reuerende Pater, ac Venerandi Religiosique fratres.
Cum inter carissima dona primatum teneat charitas, que
(quae) etiam morte intercedente corporali minime excidere
dinoscit, optime ad animum revocans caritatis colli-
ganciam, qua mutuo caritatis vinculo adunati sumus ka-
rissimorum michi (mihi) fratum obitum pia permotus
affectione denunciare institui. Migrarunt namque superio-
ribus diebus ex nostre congregationis gremio duo fratres
sacerdotes, frater Johannes de Zittavia iij. kalendas
Augusti, et frater Michael de Landiszhut viij. kalendas
Augusti, et quam vis illos de exilio ad patriam, de
labore ad opulentam requiem pervenisse confidam pro eo
maxime, quod *pondus diei et estus (aestus) laboriosis*
cum officiis in sacra religione quinquaginta fere annis
portare non recusarunt. Qvia tamen divinorum abyssum
judiciorum penetrare non possumus, ymo nec scrutari
debemus, et sanctum ac salubre est pro defunctis exorare;
suplico, dignetur Paternitas vestra vigore inite confrater-
nitatis *) prenominatos fratres nostros habere recommen-
datissimos caritatis cum suffragiis.

Pro quibus gratam cum fratribus meis vicissitudinem
rependere non negligam.

Valeant Paternitates Vestrae, et congregacionem
nostram superstitem piis confoveant precibus. Ex mona-

*) Diese Confraternität war bereits im J. 1478 geschlossen.
S. Verz. D. Urk., Heft V, 133.